Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sed monitis ac racionibus ducendos aiunt.
Verbera seruos decent/non liberos. Nobilibus
pueris/ac maxime regibus/maiorem laudes
ac increpera/q̃ uerbera commoditatem affert.
Ille ad honesta conatant/hec a turpitudine
cohibent. Sunt tamen adhibendus est
modus. Ne quid minus sit. Pueri nacq; in omno
diris celebrati laudacionibus intumescunt. in
imis autem affecti iurgijs frangunt animoq;
deficiunt/At cyplagis odia surgunt. que ad
uiralem etatem usq; perduranti/At dissenti aut
nihil magis aduersum est q̃ preceptores odisse.
Quos tu si recte facere uolueris non minus
amabis q̃ ipa studia. et parentes esse non
quidem corporis/sed mentis tue iudicabis. Multum
hec pietas studio conferit/Audi rursus Iuue
nalem. Dij maiorum umbris tenuem inquit
et sine pondere terram/Spiranteq; crocos. et
in urna perpetuum ver/qui preceptorem sancti
uoluere parentis esse loco.

Hic ostendit quomodo regis preceptores corpori
eius curam prebere debeant.:—

De preceptoribus satis est dictum/Nunc uidendum
arbitramur/quam illi corpori tuo curam
plicere debeant/cum conspectudinem puerile corpus
accepit/candem seruare succedenti tempe cupit.
Cauendum est igit ne nimis molliter enutriatur
Ne pomo plusq; satis est/aut quieti indulgeat.
Mollis illa educacio qua nostrum indulgencia
nerues omnes et mentes et corpora frangit.
Vitanda est plumarum mollicies/herere secum
carni nolim/interdum grosso lino utendum est